



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio prima. Vtrum aliquæ sint super cœlos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

**Magistri Durandi de**

**aut si dicatur nō competit lumen vel specie in medio habere tale esse intentionale, quia esse eorum totum est simul & non in successione.**

7 Secundo modo dicuntur aliqua habere esse debile, quia ad sui existentiam requirunt presentiam sua cause proxime naturalis, quod pro raro dico quia angelis & ea que immediatae a Deo producuntur requirunt ad sui existentiam potentiam sua cause immediatae (scilicet dei) & tamen non dicuntur habere esse debile, sed lumen & species coloris in medio (scilicet habent suum esse simul) tamen quia requirunt presentiam sua cause proxime & naturalis dicuntur habere esse debile. Et istud debile esse nondum dicitur intentionale. Cuius ratio est quia non solum lumen in medio, sed etiam lumen lunae & stellarum requiri presentiam solis illuminantis, & tamē nullus vnguam dicitur & lumen lunae & stellarum habere esse intentionale.

8 Tertio modo dicitur aliquid habere esse debile non solum per comparationem ad causam proximam naturalem sed quia deficit a perfectione proprie speciei. Et sic lumen & species in medio habent esse debile quod etiam potest dici aliquo modo intentionale. Quod patet, quia ad sufficiendum magis & minus cooperatur dispositio subiecti, ut patitur lib. i. dist. 17. Cum igitur propria & perfecta dispositio subiecti coloris sit esse terminatum (ut patet ex his que dicit Philosophus libro de sensu & sensato & colori est extremitas perspicui in corpore terminatus) propria ac perfecta dispositio subiecti lucis sit esse denum, non dico opacum esse (nihil enim lucer nisi densum) ideo impossibile est color & vel lucem recipi secundum tuum esse perfectum in medio non terminatum per opacum quo ad colorem, vel in medio non denso quo ad lucem, sed recipiuntur secundum esse debile sive imperfectum.

9 Itud autem potest dici aliqualiter intentionale, enim dicta est prius intentio propriissime ad actum animae pertinet, illud igitur potest aliqualiter dici intentionale quo anima tendit in alterum. Hoc etiam alludit nominis. Intentionale enim dicitur quo in alterum tenditur, sed lumen in medio, & species coloris sunt huiusmodi, ratione enim imperfecti non terminat actum animae, sed sunt illud quo anima tendit in obiectum, non enim species coloris videntur, sed color corporis obiecti mediante specie (vt quidam dicunt) nec lumen in medio propriiter terminat visum, sed mediante ipso fertur visus in obiectum, ergo tam lumen quam species possunt dici intentiones vel habere esse intentionale, magis tamē species quam lumen, quia habet esse minus perfectum & minus potest terminare actum, simpliciter tamen lumen quam species habent esse reale.

10 A Primum argumentum dicendum quod omne sensibile applicari immediate organo sensus dummodo immunit ipsum potest sentiri quia nihil plus requirit ad sentire nisi immunitum organi a sensibili, quod ergo corpus colorati suppositum oculi non videatur, Causa est, quia non potest immunitum organum visus, nihil enim potest immunitum a colore nisi actu illuminatum. Et quia corpus suppositum oculi prohibet illuminationem pupillae, & organi visus, ideo non videatur, lumen autem contingens pupillam ipsum immunit ideo videri potest. Et eadem ratio est de qualibet reali qualitate sensibili immedietate supposita sensu.

11 Ad secundum dicendum quod lumen non dat colori esse intentionale, sed dispositio media non terminata vel dictum est, & si dare non tamē oportet quod habetur tamen in se, quia effectus multis modis potest deficere a perfectione sua cause. Esse autem intentionale est esse imperfectum. Item cōcessum est quod lumen habet esse intentionale, sicut species coloris, nec hoc excluditur quia habeat esse reale.

12 Ad tertium dicendum quod remanent in subiecto ad absentiam cause producentis non est de ratione qualitatis realis, nec exsistere presentiam cause facit aliquid esse intentionale (vt dictum fuit in corpore questionis) quia autem qualitates hoc requirant, quae vero non alias inquirendum erit.

13 A D argumentum alterius partis. Ad primum dicendum quod omnis forma denominat subiectum suum, quoniam enim omnis forma de suo subiecto aliquid esse secundum illud denominat ipsum ex necessitate. Et quod dicitur quod aer non dicitur coloratus propter speciem

**Sancto Porciano**

coloris que est in ipso, dicendum quod verum est, quia color dat talem qualitem sub esse perfecto. Et quia illud esse non haber in aere ideo non dicitur coloratus, similiter lux dicit talem qualitatem sub esse perfecto, & quia illud esse non haber in aere ideo aer non dicitur lucens, dicitur autem illuminatus sicut & qualitas eius dicitur lumen, & idem est de colore si proprium nomen est impotum secundum illud esse quo perficit medium, quia sub illo nomine denominaret ipsum.

14 Ad secundum argumentum cum dicitur quod formam intentionis non est principium naturalium actionum, dicendum quod verum est de forma intentionale primo modo dicta, quia illa non est res sed ratio, & ideo nullus res operationis est principium, sed est solum ratio per intellectum circa rem intellectam formata, nullus autem ponit lumen vel speciem esse talem formam intentionalem. Sed dicuntur formae intentionales propter esse imperfectum quod habent in medio ratione cuius habet & non terminant actum animae, sed mediante eis tendit anima in obiectum. Tales autem formae intentionales cum sint vere res naturales possunt esse principia realium actionum, non solum animalium, sed etiam naturalium. Nam & animalia actiones sunt.

**Sententia distinctionis. XIIII. in gen.**  
**nerali & speciali.**

Dixit quoque Deus, fiat firmamentum. Superius determinat Magister de operatione prima die. Hic determinat de operatione secunda die. Et cum hoc sequitur illa pars ubi determinatur de operatione tertia die. Et sequitur, dixit itaque Deus, & sic sunt duas partes principales in ista die, quarum prima dividitur in duas. Primo proponit opus prima die, quod est formatio firmamenti, & exponit per diuersas opiniones, quae sunt circa materialia firmamenti. Secundo mouet quadam questiones incidentes circa firmamentum & motum celi, & circa ea quae ad distinctionem operis tertie diei pertinent. Secunda ibi, querit etiam soler cuius figura sit secundum. Hac est sententia & diuisio lectionis in generali.

IN speciali sic procedit. Et proponit quod firmamentum secunda die factum est, quod secundum Bedanum dicitur colum sydereum quod habet aquas inferiores se, & sic dividit aquas ab aquis, licer per colum quidam ventum aeternum intelligi, quod quidem colum sydereum secundum quidam est natura aquae, secundum vero alios est natura ignea: quomodo autem supra colum possint esse aquae, dicitur quod hoc est diuina virtus, neque est inconveniens, cum videamus aquas evaporari & elevari in altum. Sic potest esse ut supra firmamentum, & glacies solidate aquae suspendantur: quales autem sunt, & ad quid conditae (ille solus nouit qui condidit) postea querit cuius figura sit colum. Et responderet quod spiritus sanctus hoc per actores docere noluit, eo quod non multum saluti prodidit, quanvis ipsi scirent. Quærerit etiam verum colum stet, an mouetur, utrumque videatur inconveniens: si enim mouetur, non est firmamentum, si vero stat, non possunt eo moueri sydera. Et responderet etiam si mouetur dici potest tamē firmatum, est proper firmatum, si vero stat, possunt in eo sydera moueri. Quærerit etiam qualiter benedictio secunda diei praetermittitur, & quare, scilicet in operibus secundae diei non est dictum, vidit deus quod est bona, & responderet, quod est fortè proper quādam in mysticā significatiōnē, quia binarius numerus est signum alternitatis, & signum divisionis. Ultimum ponit opus tertie diei, quod fuit congregatio aquarum in unum locum, quae sub celo sunt, per quam congregatiōnēm terra arida apparuit, que quidem cōgregatio fieri potuit, vel quia cauariae terre subintraverunt aquae, vel quia insipissata fuerunt, & licer sunt multa congregatiōnes aquarum: tamē proper continuatatem carum ad inuicem dicuntem conuenisse in unum locum. Et in hoc terminatur, &c.

**QVÆSTIO PRIMA.**

Vtrum aliqua aqua sit super caros.

Thom. i. q. 63. art. 2.

Circa

Lib. II. Distinctio. XIII.

**C**irca distinctionem decimam quartam queruntur pri  
mo, utrum aquae sint super celos. Et videtur  
quod non, quia secundum naturam ignis & aer superem  
ent aquae, sed nullus ponit ignem vel aerem super celos  
ergo multo minus aquam.

**2** IN Contrarium arguitur, quia secundum Augusti  
num Gene. 2 ad literam, Major est lacra scriptura auctorita  
tis, quam omnis humani ingenii per spicacitas, sed sacra  
scriptura dicit expresse aquas esse super celos Gen. 1. di  
uisit aquas, que erant sub firmamento ab aquis iis que erant  
supra firmamentum, & sequitur quod vocavit Deus fir  
mamentum cœlum, ergo &c.

**3** R E S P O N S I O . Quidam attendentes ad poten  
tiam diuinam, que potest facere omne quod contradic  
tum non implicat, dixerunt quod vera aqua elementare  
sunt super cœlum, quam contradictionem non impli  
cat. Sed hoc rationaliter refutat August. 2. super Gen.  
dicens quod in operibus sex dierum, quibus natura insti  
tuta est, non queritur quid Deus facere posse, sed quid  
rerum natura patiatur.

**4** Ideo alii dicunt, quod aquæ elementares secundum na  
turam possunt esse, & sunt super cœlum, quod declarat mul  
tipliciter. Primum quia omnis qualitas corporum inferiorum  
habet reduci, sicut in caelum in aliquam virtutem corporum  
superiorum, sed frigiditas, que est qualitas quedam cor  
porum inferiorum, non potest reduci in aliquam virtutem  
corporum celestium, nisi ponatur aliquod cœlum aqueum,  
vel aqua super celos, ergo &c. Minor pater, quia cœlum  
non potest causare frigiditatem per motum suum localem,  
quia motus localis non habet infrigidare, sed magis ignare  
ut dicitur secundo cœli. Ita nec per lumen, per eandem ra  
tionem, ergo oportet quod hoc fiat, per hoc quod est aquæ  
Aqua enim quoniam sit primò frigida, videtur esse causa iri  
greditatis in aliis, ergo &c.

**5** Secundo quia eidem rei cōpetit diuersus motus in dia  
uersis, sicut oleum quod ascendit in aqua, descendit in aere,  
ergo eodem modo possibile est quod aqua respectu aeris  
habet descendere, habeat respectu cœli ascendere vel sta  
re: & ideo non est timendum quod cadat.

**6** Tertio, quia velocitas motus circuli impedit ne seu  
tella plena aqua posita intra circulum cadat, vel aqua in  
ea cōtentia: sed motus cœli est velocior, & motus cuiuscumque  
apud nos, ergo potest prohibere cœlum aqua.

**7** Quarto, quia distans corporis naturalis a loco suo  
naturali minime eius inclinatione ad locum & motum: &  
ideo motus naturalis intensior est in fine, & in principio.  
Sed aqua super cœli maximè distat a loco suo naturali, er  
go minimè inclinatur ad ipsum, & sic idem quod prius.

**8** Quicquid sit de conclusione, rationes tamen iste non  
valent. Quod enim primo dicitur quod corpus celeste non  
potest causare frigiditatem, nisi sit aqueum, est falsum. Et cum  
dicitur quod non per motum fit, ita nec per lumen falsum est,  
lumen enim de se non habet nisi illuminare, sed in virtute  
corporis cuius est, habet calefacere, si sit corpus calidus  
virtualiter, ut Sol, Mars, & huiusmodi, vel frigescere si  
sit planeta virtualiter frigidus, ut Saturnus. Neg. oportet  
quod omnia sint frigida per primum frigidum formaliter,  
puta per aquam, vel per cœlum aqueum, sed per pri  
mum frigidum virtualiter.

**9** Ratio etiam magis procedit cōtra eos, quia si esset cer  
tum aqueum non cauferet frigiditatem per motum ut di  
cunt, nec per lumen, quia non esset luminosum, sed solum  
diaphanum, & si esset per lumen tamen calefaceret, & non  
infrigidaret ut dicunt, nec per suam frigiditatem forma  
lem, quia corpus non agit in distans, nisi agendo in pro  
pinquum, sed illa frigiditas non recipetur in orbibus  
mediis, qui non sunt capaces peregrinae impressionis, ut di  
citur in 1. Metheor. ergo impossibile est, quod cœlum da  
to quod esset aqueum, immediatè causaret frigiditatem que  
esset in ipso.

**10** Sequentes etiam rationes non probant, quod aquæ  
sint ibi, vel possint esse per naturam, sed solum quod si ibi es  
sent non caderent, quod certè timere non oportet, neg  
probare, quia cum sphaera vndeq; circunscribet medium, nec  
sit diuisibilis absq; vila dubitatione, si super aliquam spha  
ram essent aquæ nullo modo possent cadere. Nilominus  
nec istud probant illæ rationes sufficienter, quod enim

Quæstiō I.

**156**  
oleum in aere descendat, in aqua vero ascendat, causa est,  
quia oleum corpus mixtum est, in quo est multum de hu  
mido aereo, ratione cuius ascensit positum in aqua, & est  
in eo siccum terretre, ratione cuius descendit in aere. hoc  
autem dici non potest de aqua elementari, cum sit corpus sim  
plex, & iterum quod descendit in raro nihil prohibet ascen  
dere in grossiori, & densiori ut ponitur de oleo respectu  
aeris & aquæ. Sed cōtra rationem est, quod illud quod de  
scendit in densiori ascendat in rario vel subtiliori. Cœ  
lum autem est nature subtilioris, & corpus quodcunq; ele  
mentare, & ideo nulla probabilitas est, quod aqua que na  
turaliter descendit in aere ascendat, vel fieri in cœlo.

**11** Quod etiam tertio dicitur quod velocissimus motus pro  
hibet cœlum grauius deorsum in nulo est ad propositum,  
quia siquid locum habet in graui posito intra circulum vel  
sphaeram, non aut in graui posito super circulum vel sphera  
ram: descendit enim eius ad mediū sphera vel circulum pro  
hibet soliditas sphera vel circuli. Et ideo ratio eorum pos  
set aliquid valere, si poneretur aquæ infra cœlaū orbis la  
ne: sed ponendo eas super cœlum, nihil valet ad propositum.

**12** Quod vero ultimum dicitur quod distatia a loco natu  
rali minime inclinatione mobilis, falsum est. Cum enim  
inclinatione grauius, & leuis ad loca sua sequatur formam gra  
uitatis & levitatis, manentibus eisdem formis maner eadē  
inclinatione, nec propinquitas vel distatia a loco per se facit  
aliquid, ad hoc ergo quod motus naturalis sit intensior in si  
ne, quod in principio, causa est minor resistentia mediū suppo  
rita eadē inclinatione mobilis; quanto enim aer est tenue  
propinquior, tanto est minus leuis, & minus nititur cōtra  
motum grauius. Idem intelligendum est circa leue.

**13** Dicendum ergo aliter ad questionem, quod si cœlum ac  
cipiat pro corpore quinque essentia, tunc super cœlos non  
sunt aquæ elementares, sed aquæ dicitur metaphoricè. Si ve  
ro cœlum accipiat metaphoricè pro parte aeris in qua cō  
densantur nubes, que cœlum & firmamentum aliquatenus dā  
ti potest, sic super cœlum sunt vera aquæ elementares. Prä  
mum pater, quia supra lunam non est locus generationis &  
corruptionis: vnde dicitur quod supra lunam non est malum, sed  
si supra cœlum propriè dictum esset verè aquæ elementares,  
ibi esset locus generationis & corruptionis, & quandoq; ibi aliquid generaretur & corriperetur, ergo &c. Proba  
tio minoris, quia si aquæ essent inter duas sphaeras, & per  
motu & lumen corporis celestium possent calefieri & ra  
refieri ultra quod congruat forma aquæ, & sic eis corrupti  
aliquid aliud generaretur, puta aer vel ignis. non sunt er  
go supra cœlum aquæ elementares, sunt tamen ibi aquæ dā  
ctæ metaphoricè ratione similitudinis cum aqua in qua  
busdam proprietatis: est enim diaphana aqua, & non  
lucida, que duo etiā conueniunt aeri, sed ultra hoc aqua  
quamdam maiorem terminabilitatem habet quod aeri, hec au  
tem proprietates conueniunt nonas sphera, quam nos cœ  
lum cristallinum vocamus, & eadem ratione potest dicas  
aqueum.

**14** Secundum patet, si enim cœlum vocetur pars aeris,  
in qua cōdensantur nubes, sic est clarum quod aquæ elem  
mentares sunt super illud cœlum, que ibi vaporibus tra  
hant virtutem solis & stellarum: eadem etiā pars potest  
dic firmamentum propter spissitudinem & aliqualem so  
liditatem. Vnde Aug. 2. super Gen. ad literam hanc expo  
sitionem commendat dicitur: hanc considerationem laude  
dignissimam iudico, vnde firmamentum æquinoctiale vel ana  
gogicè sumitur eum dicitur Gen. 1. diuisit aquas, que erant  
sub firmamento, &c. Et cōtra dicitur in opere quarti diei, quod  
posuit in firmamento cœli stellas, quia firmamentum primo  
modo sumptu est cœlum solū nuncupari, ad quod des  
ignandum dicitur ibidem quod vocavit Deus firmamentum  
cœlum. Sed secundum modo sumptu est cœlum verè & pro  
prietate, ad quod designandum dicitur ibi quod posuit stellas in  
firmamento cœli, id est quod est cœlum.

**15** Per hoc patet refutatio ad argumenta. Ponimus enim  
non solum aquam, sed ignem & aerem super cœlum meta  
phoricè dicitur hoc est super partem aeris, in qua nubes con  
densantur, sed nullum istorum ponimus super cœlum pro  
priè sumptu, nisi ipsa metaphoricè sumantur. Aqua enim  
& ignis metaphoricè sumpta, sunt supra cœlos propriè dā  
cōs, quia cœlum empyreum dicitur igneum metaphoricè,  
sicut nona sphaera dicitur cœlum aqueum.